Quãq̃ faſtidis. Oly hei hei fetet tuuſ mihi ſermo. Sta que reſ.
Oly Hec reſ. Sta etiam ne adſtas. Oly enĩuero pragmata parechis dabo.
Sta Mechachon ut ego opinor mihi reſiſtis ozen
Oly Potin a me habeaſ niſi me uiſ uomere hodie
Sta Mane. Oly quid ē? qſ hic homo eſt. Sta herum ſum
Oly Qui herus. Sta quouis eſ ſeruos tu. Oly ſeruoſ ego.
Sta Atque meuſ. Oly non ego liber ſum memento memento
Sta Mane adq; adſta. Oly omitte ſeruuſ ſum tuuſ
Sta Optume eſt obſecro. Oly olympice mi pater mi patrone
Sta Hem ſapiſ ſane. Oly tuuſ ſum equidem. Sta qd m̄ ſeruo opus eſt tã neq̃
Oly Quid nunc. Sta q̃ mox recreaſ me. Oly cena modo ſi ſit cocta
Ergo abeant propere cito introite & cito deproperate
Sta Iam intuſ ero facite cenam mihi ut ebria eſt
Lepide nitideq; uolo nihil moror barbarico riſu.
Ne etiã iſ ſis ego hic hito. nũquid ē ceterum quid more ſit.
Oly Caſſinam intus habere aiunt q me ac te inuitant
Sta Scio ſic ſine hrē nugaſ agunt noui ego illaſ malas merces
Oly Quin tu i modo mecum domum. Sta at pol malum metuo
I tu modo perſpicito prius quid intus agat. Oly tã mihi mea uita
Quam tua tibi cara eſt uerum modo ſi tu iubeſ inibitur tecum.

ANCILLA

Nec pol ego nemeae credo neq; ego olympię nec uſq̃ ludos
Tam feſtiuos fieri q̃ hic intus fiunt ludi ludificabiles
Seni noſtro & noſtro olympioni uilico oēſ feſtinant int̃ totis ędib;
Senex in culina clamat hortat̃ coquos quin agitiſ hodie.
Quin datis: ſiquid datis properate caenam iam eſſe coctam opto
Uilicuſ hic autem cum corona candide ueſtitus laute exornatuſq;
Ambulat ille autem in cubiculo armigerunt ornant
Quem dent pro caſſina nuptum noſtra ſed nimium lepide diſſimulãt
Fore huiuſ qđ futurum eſt digne autē coqui nimiſ lepide
Ei rei dant operam ne cenet ſenex aulaſ prouortunt
Ignem reſtingunt aqua hylarum oratu faciunt. ille aut̃ ſenem
Cupiunt extrudere incaenem ex aedib; ut ipſae ſolae
Uentreſ diſtendant ſuos noui ego illaſ ambas eſtrices
Corbitant ibi comeſ eſſe poſſum ſed aperitur hoſtium

SENEX ANCILLA